



Il e  
200 <sup>aa</sup>

Philol.

R  
1712

R IIe 200<sup>aa</sup>

Be. 200<sup>aa</sup>.

1712

PVBLII OVIDII NASONIS

De Remedio amoris, Libri Duo.

De Philomela, Elegia.



Se. 200 aa.

LIBER PRIMVS.  
PVBLLII OVIDII NASONIS

De Remedio amoris Li-  
ber Primus.



Egerat huius amor titulum, nomen  
q̄ libelli, (tur ait,

Bella mihi video, bella parans  
Parce tuum vatem sceleris damnare Cupido,

Tradita qui toties te duce signa tuli,

Non ego Tytides, a quo tua saucia mater

In liquidum redyt æthera Martis equis

Sæpe tepent alij iuuenes, ego semper amavi.

Et si quid faciam nunc quoq̄ quæris, amo.

Quin etiam docui, qua posses arte parari.

Et quod nunc ratio est, impetus ante fuit.

Nec te blâde puer, nec nostras prodimus artes

Nec noua præteritum musa retexit opus.

Si quis amat, quod amare iuuat, foeliciter ardet.

Gaudeat, & vento nauiget ille suo.

At, si quis male fert indignæ regna puellæ,

Ne pereat, nostræ sentiat artis opem.

Cur aliquis laqueo collum nodatus amator

A trabe sublimi triste pependit onus?

Cur aliquis rigido fodiat sua pectora ferro?

Inuidiam cædis pacis amator habes,

A ij

4-II A

6314

53027887

DE REMEDIO AMORIS.

Qui nisi desierit, misero periturus amore  
 Desinat, & nulli funeris auctor eris,  
 Et puer es, nec te quicquā, nisi ludere oportet.  
 Lude, decent animos mollia regna tuos.  
 Nam poteras uti nudis ad bella sagittis,  
 Sed tua mortifero sanguine tela carent.  
 Vitricus & gladijs, & acuta dimicet hasta,  
 Et victor multa cæde cruentus eat,  
 Tu cole maternas, tuto quibus utimur, artes,  
 Et quatum vitio nulla fit orba parens.  
 Effice, nocturna frangatur ianua rixa,  
 Et tegat ornatas multa corona fores.  
 Fac coeant furtim iuuenes, timidaq; puellæ,  
 Verbaq; dent cauto qualibet arte viro.  
 Et modo blanditias, rigido modo iurgia posti  
 Dicat, & exclusus flebile cantet amans,  
 His lachrymis cõtētus eris siue crimine mortis,  
 Nec tua fax avidos digna subire rogos,  
 Hæc ego, mouit amor gemmatas aureus alas,  
 Et mihi propositum perfice dixit opus.  
 Ad mea decepti iuuenes præcepta venite,  
 Quos suus ex omni parte fefellit amor,  
 Discite sanari, per quem didicistis amare.  
 Vna manus vobis vulnus, opemq; feret,  
 Terra salutiferas herbas, eademq; nocentes

LIBER PRIMVS.

Nutrit, & vrticæ proxima sæpe rosa est.  
 Vulnus achilleo quæ quondam fecerat hosti  
 Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.  
 Sed quæcunq; viris, vobis quoq; dicta puellæ  
 Credite, diuersis partibus arma damus.  
 Ex quibus, ad vestros si quid non pertinet vsus,  
 Attamen exemplo multa docere potest.  
 Vtile propositum est sævas extinguere flâmas  
 Nec sæuum vitij peccus habere suum.  
 Vixisset Phyllis, si me foret vsa magistro,  
 Et per quod nouies, sæpius illet iter.  
 Nec moriens Dido summa vidisset ab arce  
 Dardanidas ventis vela dedisse rates,  
 Nec dolor armasset contra sua viscera matrē,  
 Quæ socij damno sanguinis vltia virum est.  
 Arte mea Tereus, quamuis Phylomela placeret  
 Per facinus fieri non meruisset auis.  
 Da mihi Pasiphaen, iam tauri ponet amorem,  
 Da Phædræ, Phædræ turpis abibit amor.  
 Redde Parim nobis, Helenen menela<sup>9</sup> habebit,  
 Nec manibus danaum pergama victa foret.  
 Impia si nostros legisset Scylla libellos.  
 Hæsisset capiti purpura Nise tuo.  
 Me duce, damnosas homines cõpescite curas.  
 Rectaq; cum socijs me duce nauis eat.

DE REMEDIO AMORIS.

Naso legendus erat tūc, cum didicistis amare,  
 Idem nunc vobis Naso legendus erit.  
 Publicus assertor vitij suppressa leuabo  
 Pectora, vindictæ quisq; faueto suæ.  
 Te precor o Vates adsit tua larea nobis  
 Carminis, & medicæ Phæbe repertor opis,  
 Et pariter vati, pariter succurre medenti.  
 Vtraq; tutelæ subdita cura tuæ est.  
 Dum licet, & modici tangunt præcordia motus,  
 Si piget in primo limine siste pedem.  
 Opprime, dum noua sunt subiti mala semina  
 Et tuus incipiēs ire resistat equus, (morbi  
 Nā mora dat vires, teneras mora procoquit vias,  
 Et validas segetes quæ fuit herba facit.  
 Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras,  
 Quo posita est primum tempore, virga fuit.  
 Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,  
 Nunc ad in immensum viribus aucta suis,  
 Quale sit id, quod amas celeri circūspicite mēte,  
 Et tua læsuro subtrahe colla iugo.  
 Principijs obsta, sero medicina paratur,  
 Cum mala per longas conualuere moras,  
 Sed propera, nec te venturas differ in horas,  
 Qui non est hodie, cras minus aptus erit.  
 Verba dat oīs amās, reperitq; alimēta morando,

LIBER PRIMVS.

Optima vindictæ proxima quæq; dies!  
 Flumina magna vides paruis de fontibus orta,  
 Plurima collectis multiplicantur aquis.  
 Si cito sensisses quantum peccare parabas,  
 Non tegeres vultus cortice Myrrha tuos.  
 Vidi ego, quod fuerat primo sanabile vulnus,  
 Dilatum longæ damna tulisse moræ.  
 Sed quia delectat Veneris decerpere fructus,  
 Dicimus assidue, cras quoq; fiet idem.  
 Interea tacite serpunt in viscera flammæ,  
 Et mala radices altius arbor agit.  
 Si tamen auxiliij perierunt tempora primi,  
 Et vetus in capto pectore sedit amor.  
 Maius opus superest, sed non, quia serior ægro  
 Aduocor, ille mihi destituendus erit.  
 Qua læsus fuerat partem Pæantius heros  
 Debuerat celeri præsecuisse manu.  
 Post tamen hic multos sanatus creditur annos  
 Supremam bellis imposuisse manum.  
 Qui modo nascentis properabā pellere morbos,  
 Ad moueo tardam nunc quoq; lentus opem.  
 Aut noua, si possis, sedare incendia tentes,  
 Aut, vbi per vires procubuere suas.  
 Dum furor in cursu est, currenti cede furori.  
 Difficiles aditus impetus omnis habet.

Stultus, ab obliquo qui cum discedere possit,  
 Pugnat in aduersas ire natator aquas.  
 Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte  
 Respuit, atq; odio verba monentis habet.  
 Aggrediar melius tum, cum sua vulnera tangi  
 Iam sinet, & veris vocibus aptus erit.  
 Quis matrē nisi mentis inops in funere nati  
 Flere vetat? non hoc illa monenda loco est,  
 Cum dederit lachrymas, animumq; impleuerit  
 Ille dolor verbis emoderandus erit. (agrū,  
 Temporibus medicina valet, data tēpore, p̄sunt  
 Et data non apto tempore vina nocent,  
 Quin etiam accendas vitia, irritesq; vetando,  
 Temporibus si non aggrediare suis.  
 Ergo, vb̄v̄isus eris nostra medicabilis arte,  
 Fac monitis fugias ocia prima meis.  
 Hæc vt ames, faciunt, hæc, quæ fecere, tventur.  
 Hæc sunt, iucundi causa cibuscq; mali.  
 Ocia si tollas, periire cupidinis arcus,  
 Contempteq; iacent, & sine luce faces.  
 Quā platanus riuo gaudet, quā Populus vnda,  
 Et quam limosa canna palustris humo,  
 Tam Venus ocia amat, sinem qui quæris amori  
 Cedit amor rebus, res age, tutus eris.  
 Languor, & immodici sub nullo iudice somni,

Aleatq; & multo tempora quassa mero.  
 Eripiunt omnes animo sine vulnere vires.  
 Afluit incautis insidiosus amor.  
 Desidiam puer ille sequi solet, odit agentes.  
 Da vacuæ menti, quo teneatur, opus.  
 Sunt fora, sunt leges, & quos tuearis, amici,  
 Vade per vrbanae splendida castra togæ.  
 Vel tu sanguinei iuuenilia munera Martis  
 Suscipe, delitiæ iam tibi terga dabunt.  
 Ecce fugax Parthus, magni noua causa triumphi  
 Iam videt in campis caesatis arma sui.  
 Vince cupidineas pariter, parthasq; sagittas,  
 Et refer ad patrios bina trophea deos.  
 Vt semel ætola Venus est a cuspide læsa,  
 Mandat amatori bella gerenda suo.  
 Quæritur, Aegisthus qua re sit factus adulter,  
 In promptu causa est, desidiosus erat.  
 Pugnabant alij tardis apud Ilion armis,  
 Quo tulerat vires Græcia tota suas.  
 Siue operam bellis vellet dare, nulla gerebat,  
 Siue foro, vacuum litibus Argos erat.  
 Quod potuit, fecit, ne nil ageretur, amauit.  
 Sic venit ille puer, sic puer ille manet.  
 Rura quoq; oblectant animos, studiūq; colendi,  
 Quælibet huic curæ cadere cura potest.

DE REMEDIO AMORIS

Colla iube domitos oneri supponere tauros,  
 Sauciet vt duram vomer aduncus humum,  
 Obrue versata cerealia semina terra,  
 Quæ tibi cum multo scenore reddat ager,  
 Aspice curuatos pomorum pondera ramos,  
 Vt sua quod peperit, vix ferat arbor onus,  
 Aspice labentes iucundo murmure riuos,  
 Aspice tondentes fertile gramen oues,  
 Ecce petunt rupes præruptaq; saxa capellæ,  
 Vt referant hædis vbera plena suis,  
 Pastor inæquali modulatur arundine carmen,  
 Nec desunt comites, sedula turba, canes,  
 Parte sonant alia syluæ mugitibus altæ  
 Et queritur vitulum mater abesse suum,  
 Quid cum suppositos fugiunt examina fumos,  
 Vt reuelent dempti vimina curua fauic,  
 Poma dat autûnus, formosa est messibus æstas,  
 Ver præbet flores, igne leuatur hyems,  
 Temporibus certis maturam rusticus vrnam  
 Colligit, & nudo sub pede musta fluunt,  
 Temporibus certis defectas alligat herbas,  
 Et tonsam raro pectine vertit humum,  
 Ipse potes riguis plantam defigere in ortis,  
 Ipse potes riuos ducere lenis aquæ,  
 Venerit insitio, fac ramum ramus adoptet.

LIBER PRIMVS

Stetq; peregrinis arbor operta comis,  
 Quum semel hæc animû coepit mulcere voluptas  
 Debelibus pennis irritus exit amor,  
 Vel tu venandi studium cole, sæpe recessit  
 Turpiter a Phœbi victa sorore Venus,  
 Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci,  
 Nunc in frondosis rætia tende iugis,  
 Aut pauidos tere varia formidine ceruos,  
 Aut cadat aduersa cuspide fossus aper,  
 Nocte fatigatum somnus, non cura puellæ  
 Excipit, & dulci membra quiete leuat,  
 Lenius est studium, prodest tamen alite capta,  
 Aut lino aut calamis præmia parua sequi,  
 Vel quæ piscis edax auido male deuoret ore,  
 Abdere supremis æra recurra cibis,  
 Aut his, aut alijs, donec dediscis amare  
 Ipse tibi furtim decipiendus eris,  
 Tu tamē & quamuis firmis retinebere vinculis,  
 Iprocul, & longas carpere perge vias,  
 Flebis, & occurret desertæ nomen amicæ,  
 Stabit & in mediâ pes tibi sæpe via,  
 Sed quanto minus ire voles, magis ire memeto,  
 Perfer, & inuitos currere coge pedes,  
 Nec pluuias opta, nec te peregrina moentur  
 Sabbata, nec damnis Allia nata tuis,

## DE REMEDIO AMORIS

Diceris his etiam, quum iam discedere vellet,

Dulichium verbis detinuisse ducem.

Non ego (quod primū memini sperare solebam)

Iam precor vt coniunx tu meus esse velis.

Et tamen, vt coniunx essem tua, digna videbar,

Quod dea, quod magni filia Solis eram.

Ne properes oro, spatium pro munere posco,

Quid minus optari per mea vota potest?

Et freta mota vides, & debes illa timere,

Vtilior velis postmodo ventus erit.

Quæ tibi causa fugæ? nō hic noua Troia resurgit,

Non aliquis socios rursus ad arma vocat.

Hic amor, & pax est, in qua male vulneror vna,

Totaq; sub regno terra futura tuo est.

Illa loquebatur, nauem soluebat Vlysses,

Irrita cum velis verba tulere noti.

Ardet, & affuetas Circe tendebat ad artes,

Nec tamen est illis attentatus amor.

Ergo quisquis opem nostra tibi poscis ab arte,

Deme veneficijs, carminibusq; fidem.

Si te causa potens dominæ retinebit in vrbe,

Accipe cōsiliū quod sit in vrbe, meum.

Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus

Vincula qui rupit, dedoluitq; semel.

Sed, cui tantū animi est, illū mirabor & ipse,

## LIBER PRIMVS.

Et dicam monitis non eget iste meis.

Tu modo qui, quod amas, egre dediscis amare,

Nec potes, & velles posse, docendus eris.

Sæpe refert tecum sceleratæ facta puellæ,

Et pone ante oculos omnia damna tuos.

Illud, & illud habet, nec ea cōtenta rapina est,

Sub titulum nostros misit auara lares.

Sic mihi iurauit, sic me iurata fefellit,

Ante suas quoties passa iacere fores.

Diligit ipsa alios, a me fastidit amari.

Institor heu, noctes quas mihi nō dat, habet.

Hæc tibi per totos marcescant omnia sensus,

Hæc refer, hinc odij semina quære tui.

Atq; vtinam posses etiam facundus in illis

Esse, dole tantum, sponte disertus eris.

Hæserat in quadam nuper mea cura puella,

Conueniens animo non erat illa meo.

Curabar proprijs æger Podalirius herbis,

Et fateor medicus turpiter æger eram.

Profuit assidue vitijs insistere amicæ,

Idq; mihi factum sæpe salubre fuit.

Quam mala dicebam nostræ sunt crura puellæ

Nec tamen, vt verum confiteamur, erant.

Brachia q; non sunt nostræ formosa puellæ

Nec tamen, vt verum confiteamur, erant.

DE REMEDIO AMORIS

Quam breuis est, nec erat, quā multū poscit amā.  
 Hinc odio venit maxima causa meo. (tem.  
 Et mala sunt vicina bonis, errore sub illo,  
 Pro vitio virtus crimina saepe tulit.  
 Quam potes in peius dotes despecte puellā,  
 Iudiciumq; breui limite falle tuum.  
 Turgida si plena est, si fusca est nigra vocetur.  
 In gracili, macies crimen habere potest.  
 Et poterit dici petulans, quæ rustica non est,  
 Et poterit dici rustica, si qua proba est.  
 Quin etiam quacumq; caret tua dote puella,  
 Hanc moueat blandis vsq; precare sonis.  
 Exige quod cantet, si qua est sine voce puella,  
 Fac saltet, nescit si qua mouere pede m.  
 Barbara sermone est, fac tecū multa loquatur  
 Non didicit chordas tangere, posce lyram.  
 Durius incedit, fac ambulet, omne papillæ.  
 Pectus habent tumidæ, fasciâ nulla tegat.  
 Si male dentata est, narra quod rideat illa,  
 Mollibus est oculis, quod fleat illa refer.  
 Proderit & subito, quū se non sinxerit vlli,  
 Ad dominam celeres mane tulisse gradus.  
 Auferimur cultu, gemmis auroq; teguntur.  
 Omnia, pars minima est ipsa puella sui.  
 Saepvbi sit quod ames, inter tā multa requiras.

LIBER PRIMVS.

Decipit hac oculos Aegide diues amor.  
 Improquisus ades deprendas tutus inermem,  
 Infœlix vitijs excidet illa suis.  
 Non tamē huic nimium præcepto credere tutū est.  
 Fallit enim multos forma sine arte decens,  
 Tu quoq; compositis sua dū linet ora venenis,  
 Ad dominæ multis, nec pudor obftet, eas.  
 Pyxidas inuenies, & rerum mille colores,  
 Et fluere in tepidos Oesopa lapsa sinus.  
 Illa tuas redolent Phineu medicamina mensas,  
 Non semel est stomacho Nausea facta meo.  
 Nūc tibi quæ medio Veneris præstemus in vsu,  
 Eloquar, est omni parte fugandus amor.  
 Multa quidē ex illis pudor est mihi dicere, sed  
 Ingenio verbis concipe plura meis. (tu,  
 Nuper enim nostros quidā carpsere libellos,  
 Quorum censura musa proterua mea est.  
 Dummodo sic placeā, dum toto canter in orbe,  
 Quā volet impugnet vnus & alter opus.  
 Ingenium magni liuor detrectat Homeri,  
 Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes.  
 Et tua sacrilegæ laniarunt carminia linguae,  
 Pertulit huc victos quo duce Troia deos.  
 Summa petit liuor, perslant altissima venti,  
 Summa petunt dextra fulmina missa Iouis,

DEREMEDIO AMORIS.

At tu quicumq; es, quem nostra licentia lædit,  
 Si sapias, ad numēros exige quæq; suos.  
 Fortia Mæonio gaudent pede bella referri,  
 Delitijs illic quis locus esse potest?  
 Grāde sonāt Tragici, Tragicos decet ira cothure  
 Versibus e medijs foccus habēdus erit. (nos,  
 Liber in aduersos hostes stringatur Iambus,  
 Seu celer extremum seu trahat ille pedem,  
 Blanda pharetratos elegeia cantet amores,  
 Et leuis arbitrio ludat amica suo,  
 Callimachi numeris non est dicendus Achilles,  
 Cydippe non est oris Homere tui.  
 Quis feret Andromaches pagentē Thaida ptes?  
 Peccat, in Andromache Thaida si qs agat,  
 Thais in arte mea est, lasciuiā libera nostra est,  
 Nil mihi cū nupta, Thais in arte mea est.  
 Si mea materiae respondet Musa iocosa  
 Vicimus, & falsi criminis acta rea est.  
 Rumpere liuor edax magnū iam nomen habet  
 Maius erit. tantū quo pede cœpit eat. (mus,  
 Sed nimiū properas, viuā modo, plura dolebis,  
 Et capient anni carmina multa mei,  
 Nā iuuat, & studiū famæ mihi crescit honore,  
 Principio cliui noster anhelat equus,  
 Tantum se nobis elegi debere fatentur,

LIBER SECVNDVS.

Quantum Vergilio nobile debet opus.

P. OVIDII NASONIS DE REMEDIO AMORIS Liber Secundus.



Actenus inuidiæ respondimus, attra  
 he lora.  
 Fortius, & gyro curre poeta tuo.  
 Ergo vbi concubitus & opus iuuenile petetur  
 Et prope promissæ tempora noctis erunt.  
 Gaudia ne dominæ, pleno si corpore sumes,  
 Te capiant, in eas quamlibet ante velim.  
 Quamlibet inuenias in qua tu a prima voluptas  
 Desinat, a prima, proxima, segnis erit,  
 Sustentata Venus gratissima, frigore soles,  
 Sole iuuant vmbrae, grata sit vnda siti.  
 Et pudet, & dicam, Veneris quoq; iūge figuras,  
 Quas minime iungit, quasue decere putes,  
 Nec labor efficere est, raræ tibi vera fatentur,  
 Et nihil est quod se dedecuisse putent.  
 Tunc etiam iubeo totas aperire fenestras,  
 Turpiaq; admissa membra notare dic.  
 At simul ad metas venit finita voluptas,  
 Lassaq; cum tota corpora mente iacent.

DEREMEDIO AMORIS.

Dum piget, & nullam, malles tetigisse puellam,  
 Facturusq; tibi non videare diu,  
 Tunc animo signa quæcunq; in corpore menda  
 Luminaq; in vitis illius vsq; tene. (est,  
 Forsitã hæc aliquis, nã sunt quoq; parua vocabit,  
 Sed quæ non profunt singula, multa iurant.  
 Parua necat morsu spatiosum vipera taurum,  
 A cane non magno sæpe tenetur aper.  
 Tu tantum numero pugna, præceptaq; in vnum  
 Contrahe, de multis grandis acruus erit.  
 Sed quia sunt totidem mores, totidemq; figuræ,  
 Non sunt indicijs omnia danda meis,  
 Quo tua non possunt offendi pectora facto,  
 Forsitã hoc alio iudice crimen erit.  
 Ille quod obscœnas in aperto corpore partes  
 Viderat, in cursu qui fuit, hæsit amor.  
 Ille quod a Veneris rebus surgente puella  
 Vidit in immundo signa pudenda toro.  
 Luditis o si quos potuerunt ista iurare,  
 Afflarunt tepidæ pectora vestra faces.  
 Attrahet ille puer contentos fortius arcus  
 Saucia maiorem turba petetis opem.  
 Quid, quod clã latuit reddẽte obscœna puella?  
 Et vidit quæ mox ipsa videre vetat.  
 Di melius, q̃ nos moneamus talia quenq;

LIBER SECUNDVS.

Vt profunt, non sunt experienda tamen.  
 Hortor & vt pariter binas habeatis amicas,  
 Fortior est, plures si quis habere potest.  
 Secta bipartito cum mens discurret vtroq;  
 Alterius vires subtrahit alter amor.  
 Grandia per multos tenuantur flumina riuos,  
 Magnaq; subducto stipite flamma perit.  
 Nec satis vna tenet caratas anchora puppes.  
 Non satis est liquidis vnicus hamus aquis.  
 Qui sibi iam pridem solatia bina parauit.  
 Iam pridem summa victor in arte fuit.  
 At tibi qui fueras doming male creditus vni,  
 Nunc saltẽ nouus est inueniendus amor.  
 Pasiphaes Minos in Prognide perdidit ignes,  
 Cessit ab Idæa coniuge victa prior.  
 Amphiloche frater ne Phagida semper amaret,  
 Callirhoe fecit parte recepta tori.  
 Et Paris Oenonen summos tenuisset in annos  
 Si non Oebalia pellice læsa foret.  
 Coniugis Odrysi placuisset forma tyranno  
 Sed melior causæ forma sororis erat.  
 Quid moror exemplis, quorũ me turba fatigat?  
 Successore nouo vincitur omnis amor.  
 Parcius e multis mater desiderat vnum,  
 Quam, quæ flens clamat, tu mihi solus eras.

DE REMEDIO AMORIS.

Et ne forte putes noua me tibi condere iura,  
 (Atq; vtinam inuenti gloria nostra foret.)  
 Vidit id Atridis, quod enim non ille videret,  
 Cuius in arbitrio Græcia tota fuit.  
 Marte suo captam Chryseida victor amabat,  
 At senior stulte flebat vbiq; pater.  
 Quid lachrymas odioso senex bene cōtigit illi  
 Officio natam lædis inepte tuo.  
 Quā postq; reddi Calchas ope tutus Achillis  
 Iusserat, & patria est illa recepta domo,  
 Atrides, ait, est illius proxima forma.  
 Et, si prima sinat littera, nomen idem.  
 Hanc mihi (si sapiat) per se concedat Achilles.  
 Si minus imperium sentiet ille meum,  
 Quod si quis vestrum factū hoc incusat Achiui.  
 Est aliquid valida sceptrā tenere manu.  
 Nam si rex ego sum, nec mecum dormiat illa,  
 In mea Therſites regna licebit eat.  
 Dixit & hanc habuit solatia magna prioris,  
 Et prior est posita cura repulsa noua.  
 Ergo assume nouas autore Agamēnone flāmas  
 Et tuus in biuio detineatur amor. (mas,  
 Quæris vbi inuenias, artes tu perlege nostras,  
 Plena puellarum iam tua nauis erit.  
 Quod si quid p̄cepta valent mea, si qd Apollo

LIBER SECVNDVS.

Vtile mortales edocet ore meo.  
 Quamuis infelix media torreberis Aetna,  
 Frigidior dominq; fac videare turæ.  
 Et sanum simula, nec si quid forte dolebis,  
 Sentiat, & ride, cum tibi flendus eris.  
 Non egote iubeo medias abrumpere flāmas,  
 Non sunt imperij tam fera iussa mei.  
 Quod non est simula, positos imitare furores.  
 Sic facies vere, quod meditatus eris.  
 Sæpe ego ne biberem, volui dormire videri,  
 Dum videor, somno lumina victa dedi.  
 Deceptum risi, qui se simularat amare;  
 In laqueos auceps decideratq; suos.  
 Intrat amor mentes vsu, dediscitur vsu.  
 Qui poterit sanum fingere, tutus erit.  
 Dixerit vt venias pacta tibi nocte venito.  
 Veneris, & fuerit ianua clausa, feres.  
 Nec dic blanditias, nec dic conuitia postis,  
 Nec latus in duro limine pone tuum.  
 Postera lux aderit, careant tua verba querelis,  
 Et nulla in vultu signa dolentis habe.  
 Nam ponet fastus, cum te languere videbit,  
 Hoc etiam nostra munus ab arte feres.  
 Te quoq; faller amor, dum sit tibi finis amandi,  
 Propositis frenis sæpe repugnet equus.

## DE REMEDIO AMORIS

Utilitas lateat, quod non profitebere fiet,  
 Quæ nimis apparent rætia, vitat auis.  
 Nec tibi tã placeat, quod eam cõtemnere possis.  
 Sume animos, animis cedat vt illa tuis.  
 Ianua forte patet, quamuis reuocabere, transi.  
 Et data nox, dubita nocte venire data.  
 Posse pati facile est, tibi ni patientia desit,  
 Protinus ex facili gaudia ferre licet.  
 Hec præcepta potest quisq; mea, dura vocare,  
 En etiam partis conciliantis ago,  
 Nam, quoniam variãt animi variabimus artes.  
 Mille mali species, mille salutis erunt,  
 Corpora vix ferro quædam sanantur acuto,  
 Auxilium multis succus & herba fuit.  
 Mollior es, nec abire potes, vinctusq; teneris,  
 Et tua sæuus amor sub pede colla premit.  
 Desine luctari, referant tua carbasa venti.  
 Quæq; vocãt fluctus, hac tibi remus eat.  
 Explenda est sitis ista tibi, qua perditus ardes.  
 Cædimus, e medio iam licet Amne bibas.  
 Sed bibe plus etiam, q̃ quod præcordia poscunt,  
 Gutture fac pleno sumpta redundet aqua.  
 Et fruiere vsq; tua nullo prohibente puella.  
 Illa tibi noctes auferat, illa dies.  
 Tedia quære mali, faciunt & tedia finem,

## LIBER SECVNDVS.

Iam quoq; quum credas posse, carere mane.  
 Dum bene tu cumulas, tibi & copia tollit amorẽ,  
 Et fastidita non libet esse domo.  
 Fit quoq; lōgus amor, quẽ diffidentia nutrit,  
 Hunc si tu quæris ponere, pone metum.  
 Qui timet, vt sua sit, ne quis sibi subtrahat illã,  
 Ille Machaonia vix ope sanus erit.  
 Plus amat e natis mater plærumq; duobus.  
 Pro cuius reditu, q; gerit arma, timet.  
 Est prope Collinã templum venerabile portam,  
 Imposuit templo nomina celsus Eryx.  
 Est illic Lethæus amor, qui pectora sanat,  
 Inq; suas gelidam lampadas addit aquam.  
 Illic & iuvenes votis obliuia poscunt.  
 Et si qua est duro capta puella viro.  
 Is mihi sic dixit, dubito, verus ne Cupido,  
 An somnus fuerit, sed puto somnus erat.  
 O qui sollicitos modo das, modo demis amores,  
 Adijce præceptis hæc quoq; Naso tuis.  
 Ad mala quisq; animũ referat sua, ponet amorẽ.  
 Omnibus ille deus plus ve minus ve dedit.  
 Qui Puteal, Ianumq; timet, celeresq; calendas.  
 Torqueat hunc æris mutua summa sui,  
 Cui durus pater est, vt voto cætera cedant  
 Hunc pater ante oculos durus habendus erit.

## DE REMEDIO AMORIS

Hec male dorata pauper cum coniuge viuit,  
 Vxorem fato credat obesse suo.  
 Est tibi rure bono generosæ fertilis vira  
 Vineæ, ne nascens vsta sit vira time.  
 Ille habet in reditu nauem, mare semper iniquū  
 Cogitet, & damno littora sæua suo.  
 Filius hunc miles, hunc filia nubilus angat,  
 Et quis non causas mille doloris habet?  
 Vt posses odisse tuam Pari, funera fratrum  
 Debueras animo sæpe referre tuo.  
 Plura loquebatur placide puerilis imago,  
 Destituit somnus, si modo somnus erat.  
 Quid faciam? mediæ nauem Palinurus in vnda  
 Deserit, ignotas cogor inire vias.  
 Quisquis amat, loca sola nocēt, loca sola caueto,  
 Quo fugis: in populo tutior esse potes.  
 Nam tibi secretos augent secreta furores.  
 Est opus auxilio, turba futura tibi est.  
 Tristis eris, si solus eris, dominæq; relictae  
 Ante oculos facies stabit vt ipsa tuos.  
 Tristior iccirco nox est, quam tempora Phœbi.  
 Quæq; leuet luctus turba sodalis abest.  
 Nec fuge colloquium, nec sit tua ianua clausa,  
 Nec tenebris vultus flebilis abde tuos.  
 Semper habet Pyladen aliquē, qui curet Orestē,

## LIBER SECVNDVS.

Hic quoq; amicitia non leuis vsus erit,  
 Quid nisi secreta læserunt Phyllida sylua?  
 Certa necis causa est, incomitata fuit.  
 Ibat, vt æmonio referens trieterica Baccho  
 Ire solet fufis barbara turba comis.  
 Et modo, q̄ poterat latum spectabat in æquor,  
 Nunc in arenosa lassa iacebat humo.  
 Perfide Demophoō surdas clamabat ad vndas,  
 Ruptaq; singultu verba loquentis erant.  
 Limes erat tenuis longa subnubilus vmbra  
 Quo tulit illa suos ad mare sæpe pedes.  
 Noua terebatur miseræ via, viderit inquit,  
 Et spectat Zonam pallida facta suam.  
 Aspicit & ramos, dubitat, refugitq; quod audet,  
 Et timet, & digitos ad sua colla refert.  
 Sithoni tunc certe vellem ne sola fuisses,  
 Non fleffet positis Phyllida sylua comis.  
 Phyllidis exemplo nimium secreta cauete,  
 Læse vir a domina, læsa puella viro.  
 Præstiterat iuuenis quicquid mea musa iubebat,  
 Inq; suæ portu pene salutis erat.  
 Decidit, vt cupidus inter deuenit amantes  
 Et, quæ deciderant tela, resumpsit amor.  
 Si quis, amat, nec vis, facias, contagia vites.  
 Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.

DEREMEDIO AMORIS.

Dum spectant læsos oculos, læduntur & ipsi,  
 Multaq; corporibus, transiione nocent.  
 In loca non unq; siccis arentia glebis,  
 De prope currenti flumine manat aqua.  
 Manat amor tectus, si nõ ab amante recedas,  
 Turbaq; in hoc omnes ingeniosa sumus.  
 Alter item iam sanus erat, vicinia læsit,  
 Occursus dominæ non tulit ille suæ,  
 Vulnus in antiquũ redijt male sana cicatrix,  
 Successusq; artes non habuere meæ.  
 Proximus a tectis ignis defenditur ægre,  
 Vtile finitimis abstinuissẽ locis.  
 Nec, quæ ferre solet spaciante porticus illam,  
 Te ferat, officium neuẽ colatur idem.  
 Quid iuuat admonitu tepidã recalescere mẽtem?  
 Alter si possis orbis habendus erit.  
 Non facile esuriens posita retinebere mensa,  
 Et multam saliens incitat vnda sitim.  
 Non facile est taurum visa retinere iuuenca,  
 Fortis equus visa semper adhinnit equa.  
 Hæc vbi præstiteris, vt tandem littora tangas,  
 Non ipsam satis est deseruisse tibi.  
 Et soror, & mater, valeant, & conscia nutrix,  
 Et quisquis dominæ pars erit vlla tuæ.  
 Nec veniat seruus, nec flens ancillula fictum

LIBER SECVNDVS.

Suppliciter dominæ nomine dicat aue.  
 Nec, si scire voles quid agat, tamẽ ipse rogabis,  
 Perfer, erit lucro lingua retenta tuo.  
 Tu quoq; qui causam fugitiui quæris amoris,  
 Deq; tua domina multa querenda refers,  
 Parce queri, melius sic te vlciscere tacendo  
 Dum desiderijs effluat illa tuis.  
 Et malim taceas, quam te desisse loquaris.  
 Qui nimium multis, non amo, dicit, amat,  
 Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis,  
 Quam subito, lente desine, tutus eris.  
 Flumine perpetuo torrens solet altius ire,  
 Sed tamen hæc breuis est, illa perennis aqua.  
 Fallat, & in tenues euanidus exeat auras.  
 Percq; gradus molles emoriatur amor.  
 Sed modo dilectam scelus est odisse puellam.  
 Exitus ingenijs conuenit iste feris,  
 Nec curandus adest, odio qui finit amorem.  
 Aut amat, aut ægre desinit esse miser.  
 Turpe, vir & mulier iuncti modo, protinõ hostes,  
 Non istas lites Appias ipsa probat.  
 Sæpe reas faciunt, & amãt, vbi nulla simulas  
 Incidit, a monitu liber aberrat amor.  
 Forte aderat iuuenis, dominã lectica tenebat,  
 Horrebant sæuis omnia verba minis.

DE REMEDIO AMORIS.

Iamq̄ vadaturus lectica prodeat inquit,  
 Prodierat, visa coniuge mutus erat.  
 Et manus, & manibus duplices cecidere tabellæ.  
 Venit in amplexus, atq̄ ita, vincis, ait.  
 Tutius est, aptumq̄ magis discedere pace,  
 Quam petere a thalamis litigiosa fora.  
 Munera quæ dederas habeat sine lite iubeto,  
 Esse solent magno damna minora bono.  
 Quid, si vos casus aliquis conducat in vnum?  
 Mente memor tota quæ damus arma tene.  
 Hic opus est armis, hic o fortissime pugna.  
 Vincenda est telo Penthesilea tuo.  
 Nunc tibi riualis, nec durum limen amicæ,  
 Nunc subeant medijs irrita verba deis.  
 Nec compone comas, cū sis venturus ad illam,  
 Nec toga sit laxo conspicienda sinu.  
 Nulla sit, vt placeas alienæ cura puellæ,  
 Iam face, vt e multis illa sit vna tibi.  
 Sed quid præcipue vestris conatibus obstet,  
 Eloquar, exemplo quencq̄ docente suo.  
 Desinimus tarde quia nos speramus amari,  
 Dum sibi quisq̄ placet credula turba sumus.  
 At tu nec voces (quid enim fallacius illis?  
 Crede, nec æternos pondus habere deos.  
 Neue puellarum lachrymis moueare caueto.

LIBER SECVNDVS.

Vt flerent, oculos erudiere suos,  
 Artibus innumeris mens oppugnatur amantū,  
 Vt lapis æquoreis vndiq̄ pulsus aquis,  
 Nec causas aperi, quare diuortia malis,  
 Nec dic quod doleas, clam tamen vsq̄ dole.  
 Nec peccata refer, ne diluat ipsa caueto,  
 Vt melior causa, causa sit illa tua.  
 Qui silet, est firmus, qui dicit multa puellæ  
 Probra, satis fieri postulat ille sibi.  
 Non ego Dulichias furiali more sagittas,  
 Nec raptas ausim tingere in amne faces.  
 Nec nos purpureas pueri refecabimus alas  
 Nec facer arte mea laxior arcus erit.  
 Consilium est quodcunq̄ cano, parete monenti.  
 Vt faueas cœptis Phœbe saluber ades.  
 Phœbus adest, sonuere lyre, sonuere pharetræ.  
 Signa deum nosco per sua, Phœbus adest.  
 Confer Amyclæis medicatum vellus ahenis  
 Murice cum tyrio, turpius illud erit.  
 Vos quoq̄ formosis vestras conferte puellas,  
 Incipiet dominæ quencq̄ pudere suæ,  
 Vtraq̄ formosæ Paridî potuere videri,  
 Sed tibi collatam vincis vtrancq̄ Venus.  
 Nec solam faciem, mores quoq̄ confer, & artes.  
 Tantum iudicio ne tuus obstet amor.

DE REMEDIO AMORIS

Exiguū est quod deinde canam, sed profuit illud

Exiguum multis, in quibus ipse fui,  
Scripta caue relegas blandæ seruata puellæ,  
Constantes animos scripta relecta mouent.

Omnia pone feros (quos inuitus) in ignes,

Et dic, ardoris sit rogus iste mei,  
Thestias absentem succendit stipite natum.

Tu timidæ flammis perfide verba dabis,  
Si potes, & ceras remoue, quid imagine muta  
Carperis, hoc perijt Laodameia modo.

Et loca sæpe nocent fugito loca conscia vestri  
Concubitus, causas illa doloris habent.

Hic fuit, hic cubuit, thalamo dormiuimus illo  
Hic mihi lasciua gaudia nocte dedit,

Admonitu reuocat amor, vulnusq; nouatum  
Scinditur, & firmis causa pusilla nocet.

Vt pene extinctū cinerem si sulfure tangas,  
Viuet & ex minimo maximus ignis erit.

Sic, nisi vitaris quidquid reuocabit amorem,  
Flamma redardescet, quæ modo nulla fuit,

Argolicæ cuperent fugisse Capharea puppes,  
Teq; senex lucius ignibus vltæ tuos,

Præterita cautus ripheide nauita gaudet.  
Tu loca, quæ nimium grata fuere, caue.

Hæc tibi sint Syrtes. hæc Acroceraunia vita

LIBER SECVNDVS:

Hic vomit epotas dira Charybdis aquas,  
Sunt, quæ non possunt aliquo cogente iuberi,  
Sæpe tamen casus facta leuare solent.

Perdat opes Phædra, partes Neptune nepoti,  
Nec faciet pauidos taurus auitus equos,  
Gnosida fecisses inopem, sapienter amasset.

Diuitijs alitur luxuriosus amor,  
Cur nemo est Hecalæ? nulla est quæ coeperit Irū.  
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Non habet, vnde suū paupertas pascat amorē,  
Non tamen hoc tanti est, pauper vt esse velis,  
At tanti tibi sit non indulgere theatris,

Dum bene de vacuo pectore cedat amor,  
Eneruant animos citharæ, cantusq; lyrae q;  
Et vox, & numeris brachia mota suis.

Illic assidue ficti cantantur amantes,  
Quid caueas, actor, quid iuuet, arte docet.  
Eloquar inuitus, teneros ne tange poetas.

Summoueo dotes impius ipse meas.  
Callimachum fugito, non est inimicus amori,  
Et cum Callimacho tu quoq; Coe noces.

Me certe Sappho meliorem fecit amicę,  
Nec rigidos mores Teia musa dedit.  
Carmina quis potuit tuto legisse Tibullis?

Vel tua cuius opus Cynthia sola fuit?

DE REMEDIO AMORIS

Quis potuit lecto durus discedere Gallo?  
 Et mea nescio quid carmina tale sonant,  
 Quod nisi dux operis vatem frustratur Apollo  
 Aemulus est nostri maxima causa mali.  
 At tu ritalem noli tibi fingere quenq̄,  
 Inq̄ suo solam crede iacere toros,  
 Acrius Hermionen ideo dilexit Orestes,  
 Esse quod alterius coeperat illa viri.  
 Quid Menelae doles? ibas sine coniuge Cretem  
 Et poteras nupta latus abesse tua.  
 Vt Paris hanc rapuit, tum demum vxore carere  
 Non potes, alterius creuit amore tuus.  
 Hoc & in abducta Bryseide flebat Achilles,  
 Illam Plisthenio gaudia ferre viro.  
 Nec frustra flebat, fecit mihi credite Atrides,  
 Quod si non facerat turpiter esset iners.  
 Certe ego fecissem, nec sum sapientior illo,  
 Inuidiae fructus maximus ille fuit.  
 Nam sibi quod nuncq̄ tactam Bryseida iurat  
 Per sceptrum, sceptrum non putat esse deos.  
 Di faciant possis dominae transire relictae  
 Limina, proposito sufficiantq̄ pedes.  
 Et poteris, modo velle tene, nunc fortiter ire,  
 Nunc opus est celeri subdere calcar equo.  
 Illo Lothophagos, illo Sirenas in antro

LIBER SECVNDVS

Esse puta, remis adijce vela tuis.  
 Nunc, quo vel nimirū quōdam ritale dolebas,  
 Vellem desineres hostis habere loco.  
 Aut certe, quamuis odio remanente saluta,  
 Oscula cum poteris iam dare, sanus eris,  
 Ecce cibos, etiam medicinae fungar vt omni  
 Munere, quos fugias, quos ue sequare, dabo  
 Daunius, an Iybicis Bulbus tibi missus ab oris,  
 An veniat Megaris, noxius omnis erit.  
 Nec minus erucas aptum est vitare salaces,  
 Et quidquid Veneri corpora nostra parat.  
 Vtilius sumas acuentes lumina rutas,  
 Et quidquid Veneri corpora nostra negat.  
 Quid tibi precipiam de Bacchi munere, quæris?  
 Spe breuius monitus experiere meos.  
 Vina parāt animos Veneri, nisi plurima sumas;  
 Et stupeant multo corda sepulta mero.  
 Nutritur vento, vento restinguitur ignis.  
 Lenis alit flammæ, grandior aura negat.  
 Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, vt tibi curas  
 Eripiat, si qua est inter vtrunq̄, nocet  
 Hoc opus exegi, fessæ date ferta carinae,  
 Contigimus portum, quo mihi cursus erat,  
 Post modo reddetis sacro pia vota poetæ,  
 Carmine sanati foemina, virq̄ meo,  
 ΤΕΛΟΣ, καὶ θεῶν δόξα. Dii

IN  
P. OVIDII NASONIS IN  
QVENDAM QVEM  
VOCAT IBIN.

**T**empus ad hoc lustris bis iam mihi  
quinque peractis, (meæ.  
Omne fuit musæ carmen inermē:  
Nullaque, quæ possit tot scriptis millibus, extat,  
Littera Nasonis sanguinolenta legi.  
Nec quenquam nostrum, nisi me læsere libelli,  
Artificis perijt cum caput arte sua.  
Vnus (& hoc ipsum est iniuria magna) perennem  
Candoris titulum non sinit esse mei.  
Quisquis is est, nã nomẽ adhuc utcumque tacebo.  
Cogit inassuetas fumere tela manus.  
Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus.  
Non sinit exilio delituissẽ meo.  
Vulneraque immitis requiẽ quærentia vexat,  
Iactat & in toto crimina nostra foro.  
Perpetuoque mihi sociatam fœdere lecti,  
Non patitur miseri funera flere viri.  
Et qui debuerant subitas extinguere flamas,  
Is prædam e medio raptor ab igne petit.  
Cumque ego quassa meæ complectar membra ca  
Naufragij tabulas pugnat habere mei, (rinẽ

IBIN.

Naturæ ut profugæ desint alimenta senectæ,  
Heu quanto est nostris dignior ille malis,  
Di melius, quorum longe mihi maximus ille  
Qui nostras inopes noluit esse vias,  
Huic igitur meritas grates utcumque licebit,  
Pro tam mansueto pectore semper agam.  
Audiet hoc Pontus, faciet quoque forsitan idem  
Terra sit ut propior testificanda mihi.  
At tibi calcasti, qui me violente iacentem,  
Quam licet & misero debitus hostis ero,  
Desinet esse prius contrarius ignibus humor,  
Iunctaque cum Luna lumina Solis erunt,  
Partique eadem cœli Zephyros emittet & Euros,  
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus,  
Et noua fraterno veniet concordia fumo,  
Quam vetus accensa separat ira pyra,  
Et Ver Autumnino brumę miscbitur æstas,  
Atque eadem regio vesper, & ortus erit,  
Quam mihi sit tecum positis quæ sumpsimus, armis  
Gratia, commissis improbe rupta tuis  
Quam dolor hic unquam spacio euanescere possit,  
Leniat aut odium tempus, & hora meum,  
Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit,  
Cum pecore infirmo quæ solet esse Lupis.  
Prima quidem cœpto committam prælia versu,  
D ij

Non soleant quamuis hoc bella geri,  
 Vtq; petit primo plenum flauentis arenæ  
 Nondum calfacti velitis hasta solum,  
 Sic ego te nondum ferro iaculabor acuto,  
 Protinus inuisum nec petet hasta caput,  
 Et neq; nomen in hoc, nec dicam facta libello,  
 Teq; breui qui sis, dissimulare sinam.  
 Postmodo si perges, in te mihi liber Iambus  
 Tincta lycambeo sanguine tela dabit.  
 Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,  
 Hoc ego deuoueo teq;, tuosq; modo.  
 Vtq; ille, historijs inuoluam carmina cæcis  
 Non soleam quamuis hoc genus ipse sequi.  
 Illius ambages imitatus in ibide dicar  
 Oblitus moris, iudicijq; mei.  
 Et quoniam, qui sis, nondum quærentibus edo,  
 Ibidis interea tu quoq; nomen habe,  
 Vtq; mei versus aliquantum noctis habebunt,  
 Sic vitæ series tota sit atra tuæ.  
 Hæc tibi natali facito, Ianicq; Calendis,  
 Non mentituro quilibet ore legat.  
 Di maris, & terræ, quicq; his meliora tenetis,  
 Inter diuersos cum Iouere regna Polos,  
 Huc precor, huc vestras omnes aduertite mētes,  
 Et finite optatis pondus inesse meis,

Ipsaq; tu tellus, ipsum cum fluctibus æquot.  
 Ipse meas æther accipe summe preces.  
 Syderaq;, & radijs circumdata solis imago,  
 Lunaq;, quæ nuncq;, quo prius orbe micas,  
 Noxq; tenebrarum specie reuerenda tuarū,  
 Quæq; ratum triplici pollice netis opus,  
 Quicq; per infernas horrendo murmure valles,  
 Imperiuratq; laboris Amnis aquæ,  
 Quasq; ferunt tortovittatis angue capillis  
 Carceris obscuras ante sedere fores.  
 Vos quoq; plebs superū, Fauni, Satyriq;, Laresq;  
 Fluminaq;, & Nymphæ, semideumq; gen<sup>o</sup>,  
 Deniq; ab antiquo diui veteresq;, nouiq;  
 In nostrum cuncti tempus, adeste Chao.  
 Carmina dum capiti diro malefida canuntur,  
 Et peragunt partes, ira, dolorq; suas,  
 Annuite optatis omnes ex ordine nostris  
 Et sit pars voti nulla caduca mei.  
 Quæq;, precor, fiant vt non mea dicta, sed ille,  
 Pasiphaes Geneti, verba fuisse putet.  
 Quasq; ego transiero pœnas patiatur & illas,  
 Plenius ingenio sit miser ille meo.  
 Neue minus noceant fictum execrantia nomen  
 Vota, minus magnos cōmoueantq; deos.  
 Illum ego deuoueo, quæ mens intelligit Ibin,

## IN IBIN.

Qui scit se factis has meruisse preces.  
 Nulla mora est in me, peragam rata vota facer  
 Quisquis ades sacris ore fauete meis. (dos)  
 Quisquis ades sacris, lugubria dicite verba,  
 Et fletu madidis Ibin adite genis,  
 Ominibusq; malis, pedibusq; occurrite leuis.  
 Et nigrae vestes corpora vestra tegant.  
 Tu quoq; quid dubitas ferales sumere vittas?  
 Iam stat, vt ipse vides, funeris ara tui.  
 Pompa parata tibi est, votis mora tristibus absit,  
 Da iugulum cultris hostia dira meis.  
 Terra tibi fruges, amnis tibi deneget vndas,  
 Deneget afflatus Ventus & Aura suos.  
 Nec tibi Sol clarus, nec sit tibi lucida Phoebe,  
 Destituant oculos sydera clara tuos.  
 Nec se Vulcanus, nec se tibi praebat aer,  
 Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.  
 Exul inops, erres, alienaq; limina lustres,  
 Exiguumq; petas ore tremente cibum.  
 Nec corpus querulo, nec mens vatet egra dolo  
 Noxq; die grauior, sit tibi nocte dies. (re)  
 Sisq; miser semper, nec sis miserabilis vlli,  
 Gaudeat aduersis foemina, virq; tuis.  
 Accedat lachrymis odium, dignusq; puteris,  
 Qui mala cum tuleris plurima, plura feras.

## IN IBIN.

Sitq;, quod est rarum, solito defecta fauore,  
 Fortunę facies inuidiosa tuæ.  
 Causaq; non desit, desit tibi copia mortis,  
 Optatam fugiat vita coacta necem.  
 Luctatusq; diu cruciatos spiritus artus,  
 Deserat, & longa torqueat ante mora.  
 Euenient, dedit ipse mihi modo signa futuri  
 Phœbus, & a laua mœsta volauit auis.  
 Certe ego quæ voueo superos motura putabo;  
 Speq; tuæ mortis perfide semper alar.  
 Finiet illa dies, quæ te mihi subtrahet olim  
 Finiet illa dies, quæ mihi tarda venit.  
 Et prius hanc animam nimium tibi sepæ petitā,  
 Auferet illa dies, quæ mihi sœra venit.  
 Quam dolor hic vnq; spatio euanescere possit,  
 Leniat aut odium tempus, & hora meum.  
 Pugnabunt iaculis dum Thraces, lazyges arcu,  
 Dum tepidus Ganges, frigidus Hister erit.  
 Robora dum mōtes, dum pabula mollia campi,  
 Dū Tyberis liquidas Thuscus habebit aq̄s.  
 Bella gerā tecum, nec mors mihi finiet iras.  
 Sæua sed immanis manibus arma dabo.  
 Tum quoq; cū fuero vacuas dilapsus in auras,  
 Exanimis mane s oderit vmbra tuos.  
 Tunc quoq; factorū veniā memox vmbra tuorū,  
 E

Insequar, & vultus ossæ forma tuos.  
 Siue ego, quod nollē, longis consumptus ab anis  
 Siue manu facta morte solutus ero, (nis,  
 Siue per immensas iactabor naufragus vndas,  
 Nostraq; longinquus viscera piscis edet.  
 Siue peregrinæ, carpent mea membra volucres,  
 Inq; meo tingent sanguine rostra lupi,  
 Siue aliquis dignatus erit supponere terræ,  
 Et dare plebeio corpus inane rogo,  
 Quicquid ero, stigijs erumpere nitar ab oris,  
 Et tendam gelidas vltor in ora manus,  
 Me vigilās cernes, tacitis ego noctis in vmbrijs,  
 Excitiam somnos visus adesse tuos,  
 Deniq; quicquid ages, ante os, oculosq; volabo,  
 Et querar, & nulla sede quietus eris,  
 Verbera torta dabunt sonitū, nexæq; colubris,  
 Conscia fumabunt semper ad ora faces,  
 His viuus furijs agitabere, mortuus iisdem.  
 Et breuior pœna vita futura tua est,  
 Nec tibi continget funus, lachrymæq; tuorum,  
 Indeploratum proicere caput,  
 Carnificisq; manu populo plaudente traheris,  
 Infixusq; tuis ossibus vncus erit,  
 Ipse te fugient, quæ carpunt omnia flammæ,  
 Respuet inuisum iusta cadaver humus,

Vnguibus, & rostro tardus trahet ilia vultur.  
 Et scindent auidi perfida corda canes.  
 Deq; tuo fiet, licet hac sis laude superbus,  
 Infatigabilibus corpore rixa lupis.  
 In loca ab Elysijs diuersa fugabere campis,  
 Quasq; tenet sedes noxia turba, coles.  
 Sisyphus est illic saxum voluensq; petensq;  
 Quiq; agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ:  
 Quæq; gerunt humeris perituras Belides vndas  
 Exulis Aegipti turba cruenta nurus,  
 Poma pater Pelopis præsentia quærit, & idem,  
 Semper eget liquidis, semper abundat aquis.  
 Iugeribusq; nouem qui summus distat ab imo,  
 Visceraq; assidue debita præbet aui.  
 Sic tibi de furijs scindat latus vna flagello,  
 Ut sceleris numeros confiteare tui.  
 Altera tartareis sectos dabit vnguibus artus,  
 Tertia fumantes incoquet igne genas,  
 Noxia mille modis lacerabitur vmbra, tuasq;  
 Aeacus in pœnas ingeniosus erit,  
 In te transcribet veterum tormenta virorum,  
 Manibus antiquis causa quietis eris.  
 Sisyphæ cui tradas reuolubile pondus habebis,  
 Versabunt celeres nunc noua membra rotæ.  
 Hic erit, & ramos frustra qui captet, & vndas,

## IN

Hic in consumpto viscere pascet aues,  
 Nec mortis poenas, mors altera finiet huius,  
 Horaq; erit tantis vltima nulla malis,  
 Inde ego pauca canā, frondes vt si quis ab Ida,  
 Et summam Lybico de mare carpat aquam,  
 Nam neq; quot flores sicula nascuntur in Hybla,  
 Quotue ferat dicam terra Cillissa crocos,  
 Nec cū tristis hyems Aquilonis inhorruit alis,  
 Quam multa fiat grandine canus Athos,  
 Nec mala voce mea poterunt tua cūcta referri,  
 Ora licet tribuas multiplicata mihi,  
 Tot tibi vae misero venient, talesq; ruinae,  
 Vt cogi in lachrymas me quoq; posse putē,  
 Illae me lachrymae, facient sine fine beatum,  
 Dulcior hic risu tunc mihi fletus erit,  
 Natus es infœlix, ita di voluere, nec vlla  
 Commoda nascenti stella, leuisue fuit,  
 Non Venus affulsit, non illa Iuppiter hora,  
 Lunaq; non apto Solue fuere loco,  
 Nec satis vtiliter positos tibi praeiuit ignes,  
 Quem peperit magno lucida Maia Ioue,  
 Te fera nec quicquā placidū spondentia Martis  
 Sydera presserunt, falciferiq; senis,  
 Lux quoq; natalis nequid nisi triste videres,  
 Turpis, & inductis nubibus atra fuit,

## IBIN.

Hæc est in fastis cui dat grauis Allia nomen,  
 Quæq; dies Ibin publica damna tulit,  
 Qui simul impurae matris prolapsus ab alro,  
 Cynipheam foedo corpore pressit humum,  
 Sedit in aduerso nocturnus culmine Bubo,  
 Funereoq; graues edidit ore sonos,  
 Protinus Eumenides lauere palustribus vndis,  
 Qua caua de stygijs fluxerat vnda vadis,  
 Pectoraq; vnixerunt Erebeae felle colubrae,  
 Terq; cruentatas increpuere manus,  
 Gutturac; imbuerunt infantia lacte canino,  
 Hic primus pueri venit in ora cibus,  
 Perbibit inde suae rabiem nutricis Alumnus,  
 Latrat & in toto verba canina foro,  
 Membraeq; vnixerunt tinctis ferrugine pannis,  
 A male deserto quos rapuere rogo,  
 Et ne non fultum nuda tellure iaceret,  
 Molle super silices imposuere caput,  
 Iamq; recessurae viridi de stipite factas,  
 Admorunt oculis vsq; sub ora faces,  
 Flebat vt est infans fumis contactus amaris  
 De tribus est cum sic vna locuta soror,  
 Tempus in immensum lachrymas tibi mouimus  
 Quæ semper causa sufficiēte cadent. (istas,  
 Dixerat, & Clotho iussit promissa valere,  
 E iij

Neuit, & infesta stamina pulsa manu.  
 Et ne longa suæ præfagia diceret horæ,  
 Fata canet Vates qui tua, dixit, erit,  
 Ille ego sum Vates, ex me tua vulnera disces.  
 Dent modo Divires in mea verba suas,  
 Carminibusq; meis accedant pondera rerum,  
 Quæ rata per luctus experiere tuos,  
 Neve sine exemplis ævi cruciere prioris,  
 Sint tua Troianis non leuïora malis.  
 Quantaq; clauigeri Pæantius Herculis heres,  
 Tanta venenato vulnera crure geras,  
 Nec leuïus doleas, quam qui bibit vbera ceruæ,  
 Armatusq; tulit vulnus inerme potens.  
 Quicq; ab equo præceps alienis decidit aruis,  
 Exitio facies cui suæ pene fuit,  
 Id quod Amynthorides videas, trepidusq; mini  
 Prætentes baculo luminis orbis iter. (stro  
 Nec plus aspicias, quam quem suæ filia rexit,  
 Expertus scelus est, cuius vterq; parens,  
 Qualis erat postq; est iudex de lite iocosa  
 Sumptus, Apollinea clarus in arte senex,  
 Qualis & ipse fuit, quo præcipiente columba  
 Est data palladiæ præuia, duxq; rati.  
 Quicq; oculis caruit, per quos male viderat auris,  
 Inferias nato quos dedit orba parens,

Pastor vt Aetnæus, cui casus ante futuros,  
 Telemus Eurymedes vaticinatus erat,  
 Vt duo Phineidæ, quibus idem lumen ademit  
 Qui dedit, & Thamyra, Demodociq; caput,  
 Sic aliquis tua membra secet Saturnus, vt illas  
 Subsecuit partes, vnde creatus erat.  
 Nec tibi sit tumidis melior Neptunus in vndis,  
 Quam, cui sunt visæ frater, & vxor aues,  
 Solertiq; viro, laceræ, quem fracta tenentem  
 Membra ratis, Semeles est miserata soror.  
 Vel tua ne pœnæ genus hoc cognouerit vnus,  
 Viscera diuersis scissa ferantur Equis.  
 Vel quæ, qui redimi Romanos turpe putauit,  
 A duce puniceo pertulit, ipse feras.  
 Nec tibi subsidio præsens sit numen, vt illi  
 Cui nihil Hercæi profuit ara Iouis.  
 Vtq; dedit saltus e summo Theffalus Ossa,  
 Tu quoq; saxoso præcipitere iugo,  
 Aut velut Euryali, qui sceptrum cepit ab illo,  
 Sint artus avidis anguibus esca tui,  
 Vel tua maturet, sicut Minoia fata,  
 Per caput infusæ feruidus humor aquæ.  
 Vtq; parum mitis, sed non impune Prometheus  
 Aerias volucres sanguine fixus alas,  
 Ac velut Etracides magno ter ab Hercule quit<sup>9</sup>

Cæsus in immensum proijciare fretum,  
 Aut vt Amyntiaden turpi dilectus amore  
 Oderit, & sauo vulneret ense caput,  
 Nec tibi fida magis misceri pocula possint,  
 Quam qui cornigero de Ioue natus erat,  
 Morte vel intereas capti suspensus Achæi  
 Qui miser aurifera triste pependit aqua,  
 Aut vt Achilleiden cognato nomine clarum,  
 Opprimat hostili tegula iacta manu,  
 Nec tua, quam Pyrrhi, scelicitus ossa quiescant,  
 Sparsa per Ambracias quæ iacuerunt vias,  
 Nataq; vt Aeacidae telis moriaris adactis,  
 Non licet hoc Cereri dissimulare scelus,  
 Vtq; nepos dicti nostro modo carmine regis,  
 Cantaridum succos dante parente bibas,  
 Aut pia te cæso dicatur adultera, sicut  
 Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est,  
 Inq; Pyram tecum carissima corpora mittas,  
 Quem finem vitæ Sardanapalus habet,  
 Vtq; Iouis libyci templum violare parantes,  
 Acta Noto vultus condant arena tuos,  
 Vtq; necatorum Daræi fraude secundi,  
 Sic tua succedens deuoret ora cinis,  
 Aut vt oliuifera quondam Sicyone profecto,  
 Sic frigus mortis causa, famelq; tuæ.

Aut vt Acharnides insutus pelle iuuenti,  
 Turpiter ad dominum præda ferare tuum,  
 Inq; tuo thalamo iuguleris more Pheræi,  
 Qui datus est leto coniugis ense suæ,  
 Quosq; putas fidos vt Iariffæus Alebas,  
 Vulnere non fidos experire tuo,  
 Vtq; Milo, sub quo cruciata est Pisa tyranno,  
 Viuus in occultas præcipiteris aquas,  
 Quæq; in Adimantum Philefia regna tenentæ,  
 A Ioue venerunt te quoq; tela petant,  
 Aut vt Amastriacis quondam Lenæus ab oris  
 Nudus Achillea destituaris humo,  
 Vtq; vel Eurydamas ter circumbusta Thraili  
 Est Iariffæis raptus ab hoste rotis,  
 Vel qui quæ fuerat tutatus mœnia sæpe,  
 Corpore lustrauit non diuturna suo,  
 Vtq; nouum passa genus Hippomeneide poenæ,  
 Tractus in actæa fertur adulter humo,  
 Sic vbi vita tuos inuisa reliquerit artus,  
 Vltiores rapiant turpe cadauer equi,  
 Viscera sic aliquis scopulus tua figat, vt olim  
 Fixa sub Euboico gratia fuere sinu,  
 Vtq; ferox perijt, & fulmine, & æquore raptor,  
 Sic te mersuras adiuuet ignis aquas,  
 Mens quoq; sic furij Vecors agitur, vt illi

Vnum qui toto corpore vulnus habet,  
 Vtq; Dryantiadae Rhodopeia regna tenent  
 Ingenio dispar cui pede cultus erat,  
 Vt fuit Oeteo quondam, generoq; draconum,  
 Theffimaniq; patri, Calligonesq; viro,  
 Nec tibi contingat matrona pudicior illa,  
 Qua potuit Tydeus erubuisse nuru,  
 Quaeq; sui Venerem vinxit cum fratre mariti,  
 Locris, in ancillae dissimulata necem,  
 Tam quoq; si faciant possis gaudere fideli  
 Coniuge quam Talai, tyndareiq; gener,  
 Quaeq; parare suis letum patruelibus ausae  
 Belides assidua colla premuntur aqua,  
 Byblidos, & Canaces sicut facis ardeat igne,  
 Nec nisi per crimen sit tibi fida soror,  
 Filia si fuerit, sit quod Pelopea Thyesti,  
 Myrrha suo patri, Nyctimeneq; suo,  
 Filia neue magis capiti sit fida parentis,  
 Quam tua vel Pterela, vel tua Nise fuit,  
 Infamemq; locum sceleris quae nomine fecit,  
 Pressit, & inductis membra paterna rotis,  
 Vt iuuenes pereas, quorum fastigia vultus  
 Olim pifææ sustinueret fores,  
 Vt qui perfusam miserorum caede procorum,  
 Ipse suo melius sanguine tinxit humum,

Proditor vt saui perijtq; auriga Tyranni,  
 Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquae,  
 Vt qui velocem frustra petiere puellam,  
 Dum facta est pomis tardior illa tribus,  
 Vt qui tecta noui formam caelantia monstri  
 Intrarunt caecae non redeunda domus,  
 Vt quorum Aeacides misit violentus in altum  
 Corpora cum senis altera sena rogam,  
 Vt quos obscuris victos ambagibus oris,  
 Legimus infandae sphynge dedisse neci,  
 Vt qui bistoniae templo cecidere Mineruae,  
 Propter quod facies nunc quoq; torta deae est,  
 Vt qui threicij quondam praesepia Regis  
 Fecerunt dapibus sanguinolenta suis,  
 Therodamanteos vt qui sensere Leones,  
 Quiq; thoanteae taurica sacra deae,  
 Vt quos Scylla vorax, Scylleq; aduersa Charyb  
 Dulichiae pauidos eripueret rati, (dis  
 Vt quos demisit vastam Polyphemus in aluum,  
 Vt laestrygonias qui subiere manus,  
 Vt quos dux Pœnus misit putealibus undis,  
 Et iacto canas puluere fecit aquas,  
 Et velut Icaridos famulae periit, prociq;  
 Inq; caput domini qui dabat arma proci,  
 Vt iacet Aonio luctator ab hospite fusus,

Qui(mirum)victor cum cecidisset,erat.  
 Vt quos Antæi fortes pressere lacerti,  
 Quosq; feræ morti lemnia turba dedit.  
 Vt qui post longum sacri monstrator iniqui  
 Elicuit pluuias victima cæsus aquas.  
 Frater vt Antæi quo sanguine debuit aras  
 Tinxit,& exemplis occidit ipse suis.  
 Vt qui terribiles pro gramē habentibus her bis,  
 Impius humano viscere pauit equos.  
 Vt duo diuersis sub eodem vindice cæsi  
 Temporibus Nessus Dissimanicq; gener.  
 Vt pronepos Saturne tuus,quem reddere vitam  
 Ipse Coronides vidit ab vrbe sua.  
 Vt Scynis,& Scyron,& cū Polyphemone nat<sup>o</sup>,  
 Quiq; homo parte sui,parte iuuencus erat,  
 Quiq; trabes pressas ab humo mittebat in auras  
 Aequoris,aspectes huius,& huius aquas,  
 Quæq; Ceres vidit lato pereuntia vultu,  
 Corpora Thesea Cercionea manu.  
 Hæc tibi quæ precibus iustis mea deuouet ira  
 Euenient,aut his non leuiora malis.  
 Qualis Achemenides sicula desertus in ora,  
 Troica cum vidit vela venire, fuit,  
 Qualis erat nec nō fortuna binonimis Iri,  
 Quiq; tenet pontem,qui tibi maior erit.

Filius et Cereris frustra tibi semper ametur,  
 Destitutatq; tuas vsq; petitus opes.  
 Vtq; per alternos vnda labente recursus  
 Subtrahitur presso mollis arena pede.  
 Sic tua nescio quæ semper fortuna lique scat,  
 Lapsaq; per medias effluat vsq; manus.  
 Vtq; pater solitæ varias mutare figuras,  
 Plenus in extincta conficiare fame,  
 Nec dapis humanæ tibi erunt fastidia,quæq;  
 Parte potes,Tydeus temporis huius eris.  
 Atq; aliquid facias a vespere Solis ad ortus,  
 Cur externati rursus agantur equi.  
 Fœda Lycaoniæ repetes conuiuia mensæ,  
 Tentabisq; iterum fallere fraude Iouem.  
 Teq; aliquis posito,tentet vim numinis opto,  
 Tantalides tu sis,tu Tereicq; puer.  
 Et tua sic latos spargantur mēbra per agros  
 Tanq; quæ patrias detinuere vias.  
 Aere Perilleo veros imitere iuuenicos,  
 Ad formam tauri conueniente sono.  
 Vtq; ferox Phalaris,lingua prius ense resecta,  
 More bouis,Paphio clausus in ære gemas,  
 Dumq; redire voles æui melioris in annos,  
 Vt vetus Admeti decipiare focer.  
 Atq; eques in medij mergare voragine cœni,

Dum modo sint facti nomina nulla tui,  
 Atq; vtinam pereas, veluti de dentibus orti,  
 Sidonia iactis graia per arua manū.  
 Et quæ Penthides fecit, fraterq; Medusæ,  
 Eueniāt capiti vota sinistra tuo.  
 Et quibus exiguo est volucris deuota libello,  
 Corpora proiecta quæ sua purgat aqua,  
 Vulnere totq; feras, quot dicitur ille tulisse,  
 Cuius ab inferijs culter abesse solet  
 Attonitusq; feces, vt quos Cybeleia mater.  
 Incitat ad Phrygios vilia membra modos,  
 Deq; viro fias nec foemina, nec vir, vt Atys,  
 Et quatias molli tympana rauca manu,  
 Inq; pecus magnæ subito vertare parentis,  
 Victor vt est celeri victaq; versa pede.  
 Solaq; Limone poenam ne senserit illam,  
 Et tua dente fero viscera carpat equus.  
 Aut, vt Cassandra dominus, non mitior illo,  
 Saucius ingesta contumuleris humo,  
 Aut, vt Abantiades, aut vt Lyrnesius heros,  
 Cæsus in æquoreas præcipiteris aquas,  
 Victima vel Phœbo sacras maeteris ad aras,  
 Quam tulit fauo Teudotus hoste necem,  
 Aut te deuoueat certis Abdera diebus,  
 Saxaq; deuotum grandine plura pe tant.

Aut Iouis infesto telo feriare trifulco,  
 Vt satis Hippomoo, Dositheosq; pater,  
 Vt soror Autonoes, vt cui matertera Maia est,  
 Et temere opratos qui male rexit equos,  
 Vt ferus Aeolides, vt sanguine natus eodem,  
 Quo genita est liquidis quæ caret arctos ags,  
 Vt Macedon icta est rapidis cū coniuge flāmis.  
 Sic precor aetherei vindicis igne cadas,  
 Prædaq; sis illis, quibus est Latonia Delos,  
 Ante diem raptō non adeunda Thrafo,  
 Quiq; verecundæ speculantem membra Dianæ,  
 Quiq; crotopiaden deripuere Linum,  
 Neue venenato leuius feriaris ab angue,  
 Quam senis Oeagri, Calliopeq; Nurus,  
 Quā puer Hipsypyles, q; qui caua primus acu  
 Cuspide suspecti robora fixit equi, (ta  
 Neue gradus adeas Elpenore cautius altos,  
 Vinq; feras vini quo tulit ille modo  
 Tāq; cadas domitus quā q; quis ad arma vocan  
 Iuuit inhumanū Thiodamanta Dryops. (tē,  
 Quam ferus ipse suo perijt maetatus in antro,  
 Proditus inclusæ Cacus ab ore bouis,  
 Quam, qui dona tulit Nefleo tincta veneno,  
 Euboicaq; suo sanguine tinxit aquas,  
 Vel de præcipiti venias in tartara saxo,

Ut qui Socraticum de nece legit opus,  
 Ut qui Theseæ fallacia vela carinæ,  
 Vidit, & Iliacæ missus ab arce puer,  
 Ut teneri nutrix eadem matertera Bacchi,  
 Ut cui causa necis fera reperta fuit,  
 Lydiæ se scopulis ut virgo misit ab altis,  
 Dixerat inuito quæ mala verba deo,  
 Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo,  
 Sitq; Paphagæ causa læna necis,  
 Quicq; Lycurgiden letauit ab arbore natum,  
 Idmonaq; audacem, te quoq; rumpat aper,  
 Isq; vel exanimus faciat tibi vulnus ut illi,  
 Ora super sæui quem cecidere suis,  
 Atq; idem simili pinus quem morte peremit,  
 Venator Phrygiæ, sisq; Berecyades,  
 Si tua contigerit mînoas puppis harenas,  
 Te Corcyreum Cressia turba petat,  
 Lapsuramq; domum subeas, ut sanguis Alebæ,  
 Stella Lycoridæ cui fuit æqua viro,  
 Utq; vel Euenus torrenti flumine merfus,  
 Nomina des rapidæ vel Tyberinus aquæ,  
 Hyrtacidæq; modo defixa cadauera trunco,  
 Digna feras, hominis sit caput esca tuum  
 Quodq; ferunt Brotean fecisse cupidine mortis,  
 Des tua succensæ mēbra cremanda Pyræ.

Inclu susq; necem cauea patiaris, ut ille  
 Non profecturæ conditor historiæ,  
 Utq; repertori nocuit pugnacis Iambi,  
 Sic sit inexitium lingua proterua tuum,  
 Ut ve parum stabili qui carmine læsit Athenas,  
 Inuisus pereas deficiente cibo,  
 Utq; Lyræ Vates fertur perijisse seueræ,  
 Causa sit excidij dextera læsa tui,  
 Utq; Agamēnonio vulnus dedit anguis Orestis,  
 Tu quoq; de morsu virus habente cadas,  
 Sit tibi coniugij nox prima nouissima vitæ,  
 Eupolis hoc perijt, & noua nupta modo,  
 Utq; cothurnatum perijisse Lycophrona narrât,  
 Hæreat in fibris fixa sagitta tuis  
 Aut lacer in sylua manibus spargare tuorum,  
 Sparsus ut est Thebis angue creatus auro,  
 Percq; feros montes tauro rapiente traharis,  
 Ut tracta est coniunx imperiosa Lyci,  
 Quodq; suæ passa est pellex inuisa forori,  
 Excidat ante pedes lingua resecta tuos,  
 Cognitor ut tarde læsus cognomine Myrrhæ,  
 Orbis in innumeris inueniære locis,  
 Inq; tuis opifex, Vati quod fecit Achæo,  
 Noxia luminibus spicula condar apis,  
 Fixus & in duris carparis viscera saxi,

## IN

Vt cui Pyrrha sui filia fratris erat,  
 Et puer Harpagidæ referas exempla Thyestæ,  
 Inq; tui cæsus viscera patris eas,  
 Trunca geras sæuo mutilatis partibus ense,  
 Qualia Mycerni membra fuisse ferunt,  
 Vt ue syracusio præstricta fauce poetæ,  
 Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ,  
 Nudaue direpta pateant tua viscera pelle,  
 Vt Phrygij cuius nomina flumen habet,  
 Saxificæ videas infœlix ora Medusæ,  
 Cephenum multos quæ dedit vna neci,  
 Potniadum morsus subeas vt Glaucus equaræ,  
 Inq; maris falias Glaucus vt alter aquas,  
 Vtq; duobus idem dictis modo nomen habentis,  
 Præfocent animæ gnosta mella viam,  
 Sollicitoq; bibas veluti doctissimus olim,  
 Imperturbato quod bibit ore reus,  
 Nectibi si quid amas, felicius Hæmone cedat,  
 Vtq; sua Macareus, sic potiare tura,  
 Vt videas, quod iam cū flammæ cuncta tenerent,  
 Hectoreus patria vidit ab vrbe puer,  
 Sanguine probra liras, vt auo genitore creatus,  
 Per facinus soror est, cui sua facta parens,  
 Ossibus inq; tuis teli genus hæreat illud,  
 Traditur Icarij quo cecidisse gener.

## IBIN.

Vtq; loquax in equo est elifus guttura acernò,  
 Sic tibi claudatur pollice vocis iter,  
 Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta,  
 Iactaq; pro solitis frugibus, ossa fonent,  
 Salmacis vtq; patrem condat te Phœbus in ima  
 Tartara, quod natæ fecerat ipse suæ,  
 Inq; tuos ea pestis eat, quam dextra Choroebi  
 Vicit, opem miseris, argolicisq; tulit,  
 Vt nepos Aethræ Veneris moribūdus ob iram  
 Exul ab attonitis excutiaris equis,  
 Propter opes nimias vt perdidit hospes Alums  
 Perdat ob exiguas te tuus hospes opes. (nū,  
 Vtq; ferunt fratres sex cum Damascitone cæsos)  
 Intereat totum sic genus omne tuum,  
 Addidit vt fidicen miseris sua funera natis,  
 Sic tibi sint vitæ tædia iusta tuæ,  
 Vt ve soror Pelopis saxo dureris oborto  
 Et læsus lingua Battus ab ipse sua,  
 Aera si misso vacuum iaculabere disco,  
 Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas,  
 Si qua per alternos pulsabitur vnda lacertos  
 Omnis abydena sit tibi peior aqua,  
 Comicus vt liquidis perijt dum nabat in vndis,  
 Et tua sic stygius strangulet ora liquor,  
 Aut vbi ventosum superabis naufragus æquor,  
 F ij

## IN

Contacta pereas vt Palinurus humo.  
 Vtq; cothurnatum Vatem tutela Dianæ,  
 Dilaniet vigilum te quoq; turba canum.  
 Aut vt trinacrij salias super ora Gigantis,  
 Plurima qua flāmas Sicanis Aetna vomit.  
 Diripiantq; tuos infanis vnguibus artus  
 Strymoniaē matres Orpheon esse ratae.  
 Natus vt Althææ flammis absentibus arsit,  
 Sic tuus ardescat stipitis igne rogas.  
 Vt noua phasiaca compressa est nupta corona,  
 Vtq; pater nuptæ, cumq; parente domus,  
 Vt cruor Herculeos abijt diffusus in artus,  
 Corpora pestiferum sic tua virus edat,  
 Qua sua Pentheiden proles est vira Lycurgum.  
 Hæc maneat teli te quoq; plaga noui,  
 Vtq; Milo robur deducere fissile tentes,  
 Nec possis captas inde referre manus.  
 Muneribusq; tuis lædaris vt Icarus, in quem  
 Intulit armatas ebria turba manus.  
 Quodq; dolore necis patriæ, pia filia fecit.  
 Vincula per laquei fac quoq; guttur eat,  
 Obstrictusq; famem patiaris limine tecti,  
 Vt legem pœnæ cui dedit ipsa parens.  
 Illius exemplo vioues simulachra Mineruæ,  
 Aulidis a portu qui leuē vertit iter.

## IBIN.

Naupliadæq; modo ficto pro crimine pœnas  
 Morte luas, nec te non meruisse iuuet,  
 E thalon vt vita spoliavit Isidius hospes.  
 Quem memor a sacris nunc quoq; pellit Io  
 Vtq; Melantheum tenebris a cæde latentem  
 Prodidit officio luminis ipsa parens,  
 Sic tua coniectis fodiantur corpora telis,  
 Sic precor auxilijs impediare tuis.  
 Qualis equis pactis, q̄s fortis agebat Achilles.  
 Acta phrygi timido est, nox tibi talis eat,  
 Nec tu quā Rhesus somno meliore fruaris,  
 Quam comites Rhesi tu necis ante die m.  
 Quam quos cū rutulo morti Rhamnete dederūt  
 Impiger Hyrtacides, Hyrtacidæq; comes,  
 Clytiadæq; modo circumdatus ignibus atris  
 Membra feras stygiæ semicremata neci,  
 Vtq; Remo muros auso transire recentes,  
 Noxia sint capiti rustica tela tuo.  
 Deniq; sarmaticas inter, geticasq; sagittas,  
 His precor vt viuas, & moriars locis.  
 Hæc tibi tantisper subito sunt missa libello,  
 Immemores ne nos esse querare tui.  
 Pauca quidem (fateor) sed di dent plura rogatis,  
 Multiplicentq; suo vota favore mea.

Postmodo plura leges, & nomen habentia verū,  
Et pede quo debent acria bella geri.

ΤΕΛΟΣ ἢ θείῃ δόξῃ

DE PHILOMELA  
ELEGEIA.



DULCIS Amica veni noctis solatia  
præstans. (lis.

Inter aues & enim nulla tibi simi  
Tu Philomela potes vocum discrimina mille,  
Mille potes varios ipsa referre modos.  
Nam, quavis alię volucres modulamina tentēt,  
Nulla potest modulis æquivalere tuis,  
Insuper est avium spacijs garrere diurnis.  
Tu cantare simul nocte, dieq; potes.  
Parus enim quavis per noctem tinninet omnē.  
At si ra vox nulli iure placere potest.  
Dulce Palara sonat, quam dicunt nomine Dro  
Sed fugiente die nempe quieta silet. (stan  
Et Merulus modulans tā pulchris cōcinit odis.  
Noctē ruente tamen carmina nulla canit.

Vere calente novos cōponit Acredula cantus  
Matutinali tempore tunc mitilans.  
Dum Turdus trutilat, Sturnus tunc pisitat ore.  
Sed quod mane canunt vespere non recolūt.  
Cacabat hinc Perdix, hic gracitat improbus An  
Et castus Turtur atq; Columba gemunt. (ser  
Plausitat arborea clamās de fronde Palumbes,  
In fluvijsq; natans forte tetrinit anas,  
Grus gruit inq; glomis, Cycni prope flumina  
Accipiter pipat, Milu<sup>o</sup> Hiāsq; lipit. (drēfant,  
Cucurrere solet Gallus, Gallina gracillat.  
Pupillat Pavo, trinsat Hirundo vaga.  
Dum clangunt Aquile, Vultur pulpare probat.  
Et crocitat Corvus, Graculus at frigulat.  
Glotorat immenso de turre Ciconia rostro,  
Pessimus at Passer tristia flendo pipit.  
Psittacus humanas depromit voce loquelas,  
Atq; suo domino χαίρει valeq; sonat.  
Pica loquax varias modulatur gutture voces,  
Scurriliter strepitu quidquid & audit ait.  
Et Cuculi cuculant, fritinūt rauca Cicada.  
Bombilat ore legens munera mellis, Apes.  
Bubulat horrendum ferali carmine Bubo,  
Humano generi tristia fata ferens,  
Strix nocturna sonans, & vespertilio stridunt.

Noctua lucifuga cucubat in tenebris,  
 Ast ululant vlulæ lugubri voce canentes,  
 Inq; paludiferis Butio bubit aquis,  
 Regulus, atq; Merops, & rubro pectore Progne  
 Consimili modo zinzilulare sciunt.  
 Scribere me voces autem Philomela coegit.  
 Quæ cantu cunctas exuperat volucres,  
 Sed iam quadrupedum fari discrimina vocum  
 Nemine cogente nunc ego sponte sequar.  
 Tigrides indomitæ rancant, rugiuntq; Leones,  
 Pantheraurit amans, Pardus hiando felit.  
 Dû Lynces orcando fremût, Vrsus ferus vncat.  
 Ast Lupus ipse vlulat, frendet agrestis Aper.  
 Et Barrus barrit, Cerui glocitant & Onagri,  
 Ast Taurus mugit, & celer hinnit Equus,  
 Quirritat Verres, tardus rudit, oncat Asellus.  
 Blacterat hinc Ariès, & pia balat Ouis,  
 Sordida Sus pascens ruris per gramina grunnit,  
 At mutire capris Hirce petulce soles,  
 Rite Canis latrat, fallax Vulpecula gannit,  
 Glacitat & Catulus, at Lepores vagiunt,  
 Mus auidus mintrat, velox Mustelaq; dintrit,  
 Et Grillus grillat, desticat inde Sorex.  
 Ecce venenosus serpendo sibilat anguis,  
 Garrula limosis Rana coaxat aquis.

Has volucum voces descripsi, quadrupedumq;  
 Quas natura illis grata parens tribuit.  
 Sed cunctas species animantium nemo notauit,  
 Atq; sonos ideo dicere quis poterit?  
 Cuncta suo domino depromunt munera laudû,  
 Seu semper sileant, siue sonare queant.

F I N I S.

DE PVLICE ELEGIA, QUAM  
 TAMEN AIUNT NON  
 ESSE OVIDII.

**P**ARVE Pulex & amara lues inimica  
 ca puellis, (ferox?  
 Carmine quo fungar in tua facta  
 Tu laceras corpus tenerum durissim  
 Cui<sup>9</sup> cû fuerit plena cruore cutis, (me morsu,  
 Emitteris maculas nigro de corpore fuscas,  
 Leuia membra quibus commaculata rigêt.  
 Cumq; tuum lateri rostrum defigis acutum,  
 Cogitur e somno surgere virgo graui.  
 Percq; sinus erras, tibi peruia cætera membra.  
 Is quocuncq; placet, nil tibi sæue latet.  
 Ah piget, & dicam cum strata puella recumbit  
 Tu femur euellis, cruraq; aperta subis.  
 Ausus es interdum per membra libidinis ire,  
 Et turbare locis gaudia nata suis.

## DE PVLICE

Dispeream nisi iam cupiam fieri meus hostis,  
Promptior ut fieret ad mea vota via,  
Si sineret natura mihi, quo verterer in te,  
Et quod sum natus, posse redire daret,  
Vel si carminibus possem mutari vllis,  
Carminibus fierem ad mea vota pulex,  
Aut medicaminibus, si plus medicamina possem  
Vellem naturæ iura novare meæ. (sunt  
Carmina Medæ, vel quid medicamina Circes  
Contulerint, res est notificata satis.  
His ego mutatus, si sic mutabilis essem,  
Hærerem in tunicæ margine virgineæ,  
Inde means per crura meæ sub veste puellæ  
Ad loca quæ vellem mærito surriperem.  
Cumq; illa dudum lædens nil ipse cubarem,  
Donec de pulice rursus homo fierem,  
Sed si forte novis virgo perterrita monstris  
Exigeret famulos ad mea vincla suos,  
Aut tentata meis precibus succumberet illa,  
Aut mox ex homine verterer in pulicem,  
Rursus mutatus, fundensq; precamina mille,  
Afferrem cunctos in mea vota deos,  
Illam dum precibus, vel vi superator haberem,  
Et iam nil mallet, quam sibi me socium.

τέλος ἢ θεῶν δόξα

Argentorati, ex Aedibus Schurerianis,  
Mense Martio, Anno  
M. D. XIII.



~~Blank~~

Two

Almanac for the year  
1844  
M. D. 1844.





